

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Thomas of Sainville, Master of the Order of St. Lazarus. Act drawn up by 'Thome de Sanhviala, quondam generalis Magistri Ordinis Milicie Sancti Lazari Jerusalem' recognising fees due from 'Frater Thomas .. teneri ab antiquo domum noslram de Rosso' to Rigaldus de Carboneriis dated 1285 and 1327. Extract from the archives of the House of Noailles - Livre des hommages de la baronnie de Carbonnières

- Transcribed in: Pièces Justificatives [doc. no. 10] in Gautier de Sibert. Histoire des Ordres Royaux, Hospitaliers-Militaires de Notre-Dame du Mont Carmel et de Saint-Lazare de Jérusalem. Imprimerie Royale, Paris, 1772, p. xiv-xv
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

1285 & 1327	Thomas of Sainville, Master of the Order & the Hugo, Lord of Carbonnières	Act containing a full and detailed recognition of the fees due from the Commader of Rosson to the Lord of Carbonnières. The second act t the Lord of Carbonnières recognises his commitments to the Commandery of Rosson.
----------------	--	---

NOS Rigaldus de Carboneriis miles, notum facimus universis per presentes, quod nos transcribi fecimus Litteras infra scriptas nobilis & potentis & religiosi viri Thome de Sanhviala, quondam' generalis Magistri Ordinis Milicie Sancti Lazari Jerusalem, olim nobis seu predecessoribus nostris concessas, quarum quidem Litterarum tenor talis est. Universis presentes Litteras inspecturis, Frater Thomas de Sanhviala, miles, humilis Magister generalis totius Ordinis Milicie Sancti Lazari Jerusalem citra mare & ultra, salutem in Domino sempiternam. Nos Frater Thomas supra dictus, de consilio & de concensu nostro & Fratrum nostrorum, recognoscimus & consilemur tenere & teneri ab antiquo domum noslram de Rosso cum suis pertinentiis universis sitis in parrochia de Pleus diocesis Claromontensis, nec non & mansos de Murat & de Molieyras, & affarium Dalnogier, in quo quidem affario est situatum stagnum dicte domus de Rosso, excepta quadam modica quantitate, que est in cauda dicti stagni, que includitur inter rivum Doger & rivum Dalathalm, cum suis pertinentiis universis sitis in parrochia Sancti Christosori dicte Claromontensis diocesis, à nobili & potente viro Domino Hugone de Carboneriis, milite, & heredibus & successoribus suis, in feudum francum & cum dominio & jurisdictione usque ad sexaginta solidos tironenses parvorum nigrorum, & totam cognitionem, jurisdictionem à sexaginta solidis inferius. Quare nos

dictus Magister recognoscimus tenere, & predecessores nostri tenebant, dictam domum de Rosso cum pertinentiis suis, nec non & mansos de Murat & de Molieyras, & affarium Dalnogier supra dictum, a dicto milite & predecessoribus suis ac etiam successoribus suis; totum merum imperium a sexaginta solidis inferius, & totum jus a sexaginta solidis inferius ad opus nostrum & nostri Ordinis reservamus & retinemus. Et nos dictus Magister promittimus bona fide tenere & servare premissa, & in contrarium non venire per nos, neque per successores nostros, in presenti nec in futurum. Et dictus nobilis promisit nobis bona fide per se & per successores suos tenere & servare nos & jura nostra in libertatibus quas nos habemus, & obligavit etiam bona sua & heredum suorum, & in contrarium non venire per se nec per alium, neque per successores suos. Et nos dictus Magister recognoscimus quod dicta domus de Rosso fuit fundata per predecessores conjugis sue de Rosso, & precipimus & mandamus Preceptori & hominibus dicte domus de Rosso & dictorum mansorum, ut pareant dicto nobili & successoribus suis ut erit rationis & superius est expressum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum proprium literis presentibus duximus apponendum. Datum, salvo jure Preceptoris nostri & nostro & quolibet alieno, in capitulo nostro apud Baunhiacum domum nostram conventualem Aurelianensis diocesis, die martis post Ascensionem Domini anno ejusdem 1282. Libertates vero predictas & franchisesias quas presatus Magister & Preceptor & sui predecessores & sui successores habent, habebant & habere debebant ab antiquo in dicto loco de Rosso, Nos predictus Miles recognoscimus, & in veritate confitemur, &c.

d'or.